20

Nos Anselmus Franciscus Ernestus Liber Baro, à Warsberg Ecclesiarum Metropolitanarū
Moguntinæ et Trevirensis, ac Cathedralis Spirensis respve Archidiaconus tit. S. Lubentij in Dietkirchen,
et Canonicus Captris, ac Ecclæ Archidiaconalis et Collegiatæ in dicto Dietkirchen Præpositus. S.

Honorabili ac Devoto Nobis dilecto Joanni Carolo Klein Curato Cooperatori in Hernsheim Diœcesis Wormatiensis &
Salutem in Domino. Vitæ ac morum tuorum integritas, aliaqs Laudabilia Doctrinæ, probitatis ac
Virtutum merita, quibus fide dignorum Nobis recommendaris Testimonio, Nos inducunt, ut tibi favo=
=rabiliter et gratiose inclinemur: Vacante itaqs ad præsens Canonicatu, sive Præbendâ cum annexâ
Pastoriâ in Archidiaconali Nostrâ et Collegiatâ Ecclesiâ S. Lubentij in Dietkirchen per obitum Hono=
=rabilis Domini Joannis Michaelis Ithol Die Septimâ currentis Mensis Decembris pie defuncti,
possessoris illius novissimi, cuius Collatio, provisio, seu quavis alia Dispositio ad Nos ratione dicti Archi=
=diaconatûs Nostri in Dietkirchen, toties quoties vacare contigerit, pleno iure spectare et pertinere dig=
=noscitur. Nos tibi præfatorum meritorum tuorum intuitu Specialem gratiam facere volentes, eundem
Canonicatum seu Præbendam cum annexâ pastoriâ, cum omnibus et Singulis iuribus, fructibus, redditibus
proventibus et Emolumentis utriusqs Præbendæ scilicet et pastoriæ conferendum, et de eisdem pro=
=videndum, Teqs ad illum et illam investiendum duximus, prout Harum Litterarum Traditione in Dei No=
=mine conferimus, providemus et investimus; requirentes ob id omnes et Singulos Presbyteros, Clericos,
Notarios, et Tabellarios publicos, sive illos ad quos ex officio et Consvetudine pertinet et Spectat, harum
Litterarum nostrarum Vigore requisitos, quatenus Te vel Procuratorem tuum legitimum in Corporalem
realem, et actualem possessionem dicti Canonicatûs seu Præbendæ ac pastoriæ annexæ, iurium pertinentium
ac prærogativarum illorum ponant et inducant, adhibitis ad hæc omnia Solemnitatibus debitis et consvetis,
Tibi seu Procuratori tuo de illorum fructibus, redditibus, iuribus ac Emolumentis universis respondeant, ac ab
alijs quorum interest, responderi et satisfieri mandent, faciant, atqs procurent. in quorum omnium et
Singulorum fidem et evidens Testimonium præmissorum præsentes nostras litteras, sub manûs nostræ Sub=
=scriptione desuper fieri mandavimus, Sigilliqs nostri Archidiaconalis maioris quoqs iussimus appensione
communiri. Datum Dietkirchij Die Martis vigesimâ 2dâ Decembris, Anno Dni Millesimo Septingentesimo Vige=
=simo 2do. Pontificatûs Sanctissimi in Xto Patris ac Domini Nostri Innocentij Decimi tertij Anno 2do. S

Anselmus Franciscus Ernestus L. B. à Warsb.
Archidiaconus in Dietkirch.

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/1, Nr. 41

In Nomine Dei Tri=unius Amen. Anno reparatæ salutis Millesimo septingentesimo Vigesimo secundo
Die Mercurij, quæ erat Vigesima tertia Mensis Xbris circa Horam Nonam matutinam coram Adm
Reverendis et Doctissimis Viris ac Dominis Dnō Decano et Capitulo Archidiaconalis et Collegiatæ Ecclia
S. Lubentij in Dietkirchen Archidiaconatus Trevirensis in loco Capli ineunden. simul congregatis, R. D. Joäs
Caroly Klein Sacerdos et Cooperator Curatus in Heinsheim personaliter comparuit, et in vim retroscriptæ
Collationis et Institutionis ad corporalem realem et actualem intronominati Canonicatus seu prabendæ
sicut et annexæ parochiæ possessionem debita cum instantia admitti petijt. exhibitis igitur, visis ac lectis
Testimonialibus sufficientibus, positis iuxta Statuta ponendis ac præstitis omnibus de Jure et Consvetudine
præstandis, insuperque præmissa Fidei Romano=Catholicæ professione, ac consvetis Neo=Canonicorum
ac pastoris de observandis Statutis et Consvetudinibus prædictæ Ecclia in Dietkirchen emissis Juramentis
possessionem petitam obtinuit ac apprehendit; pro cuius reali signo per Adm R.R. DD Joaem Laux et Henri-
cum Hepfer Canonicos ibidem Capitulares utpote ad hunc actum Capitulariter Deputatos à latere Episto-
la, sub tenore Verborum et psalmo Davidico repetitione. Hæc requies mea in Saeculum Saeculi &. utpote
solennitatibus et Ceremonijs in simili possessionis actu solitis et consvetis installatus est, in præsentia
R.R. DD. Joäis Christophori Wolf et Jacobi Flügel Sacerdotum et Vicariorum præfatæ Ecclia utpote
Testium fide dignorum ad hunc actum specialiter requisitorum, in quorum fidem et evidens testi-
monium præsentes Capli sigillo munitæ, et per plurimum R. D. Decanum in Dietkirchen subscriptæ
sunt. Dietkirchen in loco, Ecclia, Anno, Die et Mense quibus supra. S.

Henricus Pistell Decanus ad S. Lubentium
in Dietkirchen.

Collatio parochiæ
in Dietkirchen pro
persona Caroli Klein
de aō 1722.

Dietkirchen

4

... Millesimo Septingentesimo Vigesimo Secundo
... Horam Nonam matutinam coram Adm
... et Capitularibus Archidiaconalis et Collegiatae Ecclias
... Capitri in eundem simul congregatis, R. D. Joan
... personaliter comparuit, et ibi vim retroscriptae
... m intronominati Canonicatus seu praebendae
... tiam admitti petijt. exhibitis igitur, visis ac lectis
... dis ac praestitis omnibus de Jure et Consuetudine
... e professione, ac consuetis Neo-Canonicorum
... ictae Ecclesiae in Dietkirchen emissis Juramentis
... signo per Adm R. R. D. D. Joannem Laux et Henri-
... thum Capitulariter Deputatos a latere Episto-
... hic requies mea in saeculum saeculi etc. utpote
... litis et Consuetis installatus est, in praesentia
... m et Vicariorum praefatae Ecclesiae utpote
... torum, in quorum fidem et evidens testi-
... m R. D. Decanum in Dietkirchen subscripta
... bus supra. etc.

Henricus Distell
Decanus ad S. Lubentium
in Diethkirchen.

4

Carta bianca

Pro Collatione Parochiae et Canonicatus
in Dietkirchen vacantis per mortem
R. D. Stesse in favorem D. Jois Caroli
Klein

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/1, Nr. 41